

Transitum quoque siderum quas planetas uocant cum praes
cripto cursu dei arbitrio creatoris suscipiunt signa uel de
serunt frequenter assolent serena turbare interlunio
rum autem dies tempestatibus plenos et nauigantibus
quam maxime metuendos non solum peritia erationum et
iam uulgi usus intellegit:

Item ex superioribus libris eiusdem operis inter cetera et ad locum:
Aput romanos in legione x cohortes erant quarum prima
habet pedites DCCV equites XXXII et dicitur millenaria
reliquae nouem cohortes habent pedites quingentenos quin
quagenos quinos equites sexagenos senos et appellantur
cohortes quinquagenariae: plena legio habet pedites
sex milia centum equites DCCXXX legiones ergo proprie
romanorum sunt macedones uero greci dardani phalan
gas habuerunt ut in una phalanga armaeorum VIII milia
censerentur galli atque celtiberi pluresque barba
rae nationes cateruis utebantur in praelio in quibus e
rant sena milia armatorum:

Due monaci di Vivarium: Bibl. Vat., Reg. Lat. 2077, c. 100v.